


DE SCENICA POESI ROMANORUM

ORATIO LATINA

CANCELLARII PRÆMIO DONATA

ET IN THEATRO SHELDONIANO RECITATA

DIE JUNII XXVI^{to} A. S. MDCCCLXVII

AUCTORE

ARTURO O. PRICKARD, A.B.

COLL. NOV. SOC.

APUD RIVINGTON;

Londini. Oxonii. Cantabrigiae.

1867.

OXONII:

EXCUDEBANT

T. COMBE, A. M., E. B. GARDNER, E. P. HALL, ET H. LATHAM, A. M.

ACADEMIÆ TYPOGRAPHI.

DE SCENICA POESI ROMANORUM.

ὡς μνεία καταλύτου μονοημέρου.

I. Omnibus qui in antiquarum litterarum investigatione versentur, et earum parti alicui operam dederint, illa lege quadam dura et quasi ab ipsa natura imponi videtur necessitas, ut utriusque linguæ, Græcæ scilicet et Latinæ, ante oculos una habeant scriptores, et eadem, quod dicunt, examinent trutina. Et in multis quidem scribendi generibus abest omnino a comparatione invidia; quippe ita utrisque scriptoribus sua constat laus, aut inveniendi artes, aut perficiendi certe atque emendandi, ut nonnulli inter recentiores inveniri possint qui Tullium Demostheni non injuria comparari censeant, alii qui Thucydidi Tacitum, etiam unus et alter qui Homero Virgilium. Scena autem, quatenus certe posterorum delectationem respicit, tota Græcorum est—neque enim justo, coram nobis potissimum judicibus, contenditur sacramento. Primum enim eorum qui in scenæ usum Romæ scripserunt, seu tragœdias seu comœdias, quam paucæ extant reliquiæ, quam indignæ quas cum magnis Græcorum operibus, Æschyli, Sophoclis, Euripidis, Aristophanis, comparemus; de quibus si quid tempus prædatum est, pretium cæteris, id quod in Sibyllæ libris factum memoriæ traditum est, haud dubie arrogavit. Etenim si tragœdorum Latinorum quæ in manibus habemus fragmenta. Senecæ tantum ratione non

habita, continuo ordine componamus, unam Sophoclea: gœdiam, Œdipoda apud Colonum, fere numero exæqu Atqui quinque præ se ferunt scriptores, et ex pæne inn tragœdiarum serie sunt colligenda. Inter comicos d quidem integra opera ad nos pervenerunt, de cæteris fere affirmare ausim quod de tragœdis.

II. Neque vero quod tam multa amiserimus null stitisse videtur in ipsis scriptoribus culpa. Non eni litteris sicut in philosophia illud verum est "tempı fluvium leviora ad nos devehere, gravidiora et solida gere." Immo quamquam non tam inhumani sumus ut concedamus multa perdita esse opera quæ non curiosi ta: et litterarum studiosi verum universum genus morta debet deplorare, illud tamen probabilius videtur, ea qu manibus habemus vitam sibi et perpetuitatem sua vi: emeruisse, cætera, aut ut levia et rerum inania, aut prc nimiam severitatem, et nescio quam asperitatem, ac posterorum naribus minus fuisse accommodata. Quod sculptura quidem in contrarium evenisse non ignoran quum Phidiæ et Praxitelis vix unum et alterum ex opus, ignobiliorum artificum fere innumera. Neque e: causa in dubio est. Statua enim in uno tantum loco et in unius hominis cedit patrimonium, qui aut hebet: potest esse ingenio ad liberales artes patrocinandas, a quamvis erga eas benevolus, iniquæ tamen fortunæ cladil oppositus, barbaro victori se cum omnibus suis bonis obı endum tradiderit. Quamquam etiam hic ea quæ insignissi: sunt opera non ab ipsius magistri manibus sed per plu plerumque exemplaria ab æmulis ejus expressa ad nos vid mus descendisse. Librorum autem quam longe alia est rati Liber enim bonus non unius est hominis sed totius gent humanæ; non ter aut quater, cum infinito quodam labore (a sollertissimo tantum artifice, potest repræsentari; non in un oco impositus deleri potest, aut interire, aut celari. Immc iit modo fama in scriptore idonea et virtus, quæ studiun

posterorum accendat, aut centum eduntur exemplaria ejus aut centum millia, in angulum unumquemque orbis penetrant, ab urbium ruina excepta sunt et principum. Neque enim ulli sæculo ita sunt obductæ inhumanitatis tenebræ ut non unum et alterum inveniamus qui tranquillam nacti vitam et securam in hoc transcribendi opere totos annos consumpserint:

> "famulosque ad lumina longo
> Exercent penso:"

nempe ut nobis, exorto aliquando sole, lampada doctrinæ a veteribus accensam, integram, pro suis viribus, et incorruptam traderent.

III. Quare et jucundior hæc est sententia, et ut spero verisimilior, ut credamus optimos eos esse qui ad nos descenderint antiqui mundi libros, cæteros omni quidem honore donandos esse, sed non deflendos inconsolabiliter. Quod ergo tantum scriptorum corpus, tragœdos dico Latinos et comœdos, tum inter suos eminentium, tum quos critici unus et alter commendare suis conati sunt, et in honorem retrahere, modo non omnino interciderit, augurari ausim intus vitium delitescere, et aut ipsis scriptoribus, aut omnino scribendi generi esse referendum.

IV. Deinde, quam præ se ferunt laudem Romani Scriptores, nempe imitationis, viriliter agentes, ut opinor, et suæ ipsorum consulentes famæ, illi in scenica poesi nullus conceditur locus. Etenim, quum duo fere sint genera imitationis; unum quod commune est omnibus artificibus, ut naturam, vitam, mores exprimamus et adumbremus, alterum, quod rei litterariæ magis proprium videtur, et in aliorum scriptorum sententiis, componendi modis, ipsis verbis imitandis est positum, hæc in tragœdiam nescio quid infert frigiditatis, multo vero magis in comœdiam, illa totam scenicam artem, si quam aliam, et gignit et inspirat. Licet etiam hic non simplex videatur imitatio; potest enim poeta ita priores sequi ut naturam ipsam ante oculos habeat, illis quasi baculo

quodam nitatur, et non materiem ab iis sed artis leg operis colorem mutuetur. Plures tamen magis servilite sibi proposuerunt, ut non poetas antiquos verum ipsa visi sint imitari. Inter quos vereor ne Romani poetæ s sint annumerandi, utpote qui, et in comœdia et in trag aut Græcorum fabulas Latini verterint, aut ita imitati ut parum intellecta artis lege ad eorum exemplar prop videantur. Neque enim Terentio et Plauto suum hon detrectamus; quorum hic ita Græcas adhibebat fabula Latinum inferret colorem, ille colorem certe Græcum movebat, et communiores faciebat totius generis hum Uterque tamen Græcam materiem, Græcum argument Græca verba ita se profitetur edere, ut quod aut hic ille poeta censeatur esse et inventor artis, id casu m ut ita dicam factum esse videatur quam ipsorum cons Quamobrem si Plato, judex integerrimus, poetas a repub sua segregavit, ut tertio gradu a veritate remotos, quid de his hominibus judicium esset faciendum, qui non m ab ea quarto hercle gradu distant, sed nulla non sibi, q hoc ipsum contigerint, ipsi destinaverunt præmia?

V. Atqui magnus est et prope infinitus eorum error, q in Latinis litteris versati, quum neque tragicorum reliqui æquo animo investigare possint, Terentium et Plautum sals putent poetas et ingeniosos, non tamen inventionis satis p se ferentes, idcirco in hac re omnino morari nolint, et si delectatione fieri censeant quæstionem aut fructu. Res eni litteraria duobus fere modis nos delectat, aut ipsorum art ficum ingenio et lepore: aut artis, ut ita dicam, histori scriptorum serie, variis scribendi modis, multiplici inter s consociatione. Itaque sicut eos qui in naturali philosophi versantur immodice videmus gaudere, parvula nescio qua r reperta quæ nobis vilis omnino videtur et sine pretio, terra particula, calculo, osse, illa quæ nobis venustiora videntu immotos præterire; ita nos, philosophiam hanc ausos ingredi litterariam, rebus morem gerere oportet, non magis quod per

se ipsæ prosunt, quam quod gentis cujusque et sæculi morum, ingenii, disciplinæ sunt documenta. Accedit quod magna pars scenicæ poesis recentiorum a Terentio, Plauto, Seneca inspirata fuit, et juxta eorum exemplar formata, in qua re tertium imponimus philosophiæ nostræ caput. Atqui vereor ne quum tantam investigationem, ultra vires humerorum, susceperimus, læva quadam titubatione grande hoc munus in ludibrium vertamus. Illud ergo tantum jam nobis proposuimus, primum ut scenicæ poesis Latinæ principes ordine quamvis breviter aspiciamus, deinde ut posterorum opinionem de iis animadvertamus, denique ut judicium aliquod ex his omnibus nobis ipsi componamus. Et in incunabulis quidem artis scenicæ nolumus morari; quippe non vetustatis hujusmodi reliquiis opus debemus, sed ipsi, quantulæ sunt nostræ vires, Romanorum poesi.

VI. Constat ergo primum omnium, ambiguam habuisse Romæ originem rem dramaticam, aliam nempe indigenam, aliam Græcis debitam. Traditum enim est memoriæ, auctore Tito Livio, A. U. C. 393, pestilentia Romæ flagrante, victis superstitione hominum animis, ludos scenicos esse celebratos, et ludiones ex Etruria accitos. Quæ sane principia ab usu scenico mirum quantum distabant. Nullam vocem inter saltationem emittebant, saltabant tantum more Tusco. Quod saltandi genus juventus imitata, nempe Romana, inconditis simul carminibus sese invicem petebant. Unde venit ut ab Etruria derivata asylum Romæ nacta sit res ludicra, etiam fabula verbis expressa, qua antea carebat, se induerit. Livius deinde Andronicus, a Tarento Romam in servitutem abactus, fabulas primus argumento conseruit, ipse, quod tum temporis fiebat, suorum carminum actor. Cui sane homini poesis scenicæ origo est referenda, ut qui stirpi illi antiquæ, fabulæ nempe personatæ, Saturæ, Fescenninis versibus, verum inseruit argumentum; quæ postea in Græca omnia exuberat,

"Miraturque novas frondes et non sua poma."

Mira sane res erat in bellicoso populo, legum sev potius fautore quam ubertatis ingenii, et a novitate semper abhorrenti. Itaque multis erat obsessum modis hujusce artis incrementum. Primum enim se: libertinis omnino relegata est; ingenui neque fac carmina neque agebant. Deinde omnibus iis adjuı quibus Græci ad delectandum utebantur, persona, ma‹ tabulis quæ vocis sonum augerent et longius in ‹ emitterent, prorsus carebant. Denique, quod max erat, nullum est theatrum Romæ ante Pompeii teı ex lapide ædificatum; lignea ea pulpita quæ anno quoque in ludos componebantur Thespidis plaustra mu referebant. Atellanæ vero fabulæ et Fescennini v nihil fere ad eam quæ nobis proposita est res attiı De quibus multum viri doctissimi inter se disserueı illud in re incerta maxime videtur verisimile, Latina oı fuisse origine, non, quod nonnulli maluerunt, hos Etr illas Latina. Hoc præcipue discrimen erat inter hujusı versus atque ipsius scenæ usum; primum quod histri‹ servi erant aut libertini, in Fescenninis et Atellanis Rom se libere immiscebat juventus; tum quod personas, hist: nibus semper negatas, hic adhibebant. De re scenica I imprimis sunt animadvertenda; jam propero ad poetas.

VII. Inter quos primum senes illos, Livium Andronicu Ennium, Nævium, obiter quidem, sed non sine quad: reverentia respiciamus; deinde eos in quorum operibus a dramatica virilior jam videtur exstitisse, Attium et Pac vium tragicos, Terentium et Plautum comœdiæ scriptore Et in Livio quidem Andronico minime opus est hæreamu Habemus Horatii de eo judicium; nos vero qui Orbili manum nunquam subduximus nulla vetat religio quin e poetarum numero excipiamus, non Flacci tantum secuti auc toritatem, lepidi quidem hominis sed fortasse peracuti, et iı re litteraria nimis fastidiosi, verum etiam Tullii et Quinc tiliani gravissimi utriusque judicis et vetustatis amantissimi

quorum illi placet non esse dignas fabulas Livianas quæ iterum legantur, hic eundem attribuit Livio locum in poesi æstimanda, quem in pictura sciographiæ, rudibus nempe artis principiis et vix in artium numero habendis. De quo poeta duo tantum jam sunt memoranda; primum non Græcorum ita fuisse imitatorem ut verbum verbo redderet unumquodque, quod plerique sunt opinati. Si enim Ægisthum ejus cum Æschyli Oresteis comparemus, fabula ex Homero potius quam ex Æschylo videtur esse extracta, quum non modo inter epulas, non in balneis, admittatur Agamemnonis cædes, verum etiam natarum fiat mentio. Hoc deinde memorare velim, Senecam huic tragœdiæ ita incubuisse, ut unum tantum exstet frustum quod non ab eo adumbratum recognoscimus. An comœdias docuerit Livius in re disputata dubium adhuc videtur. Tereus enim, quam comœdiam appellare nonnullis placuit, reges tamen et heroas in scenam inducit, quæ res ita ab usu comico abhorrebat, ut nonnulli maluerint inter Atellanas eam censere.

VIII. Livium Andronicum excipit Cn. Nævius, poeta nemini non notus propter epitaphium illud in quo vaticinatur se exstincto oblitos fore Romæ "loquier Latina lingua." Cujus in tragœdia quidem non multæ ad nos pervenerunt reliquiæ; in plerisque rustica nescio quæ asperitas percepta ita criticis displicuit ut Nævium comœdias tantum docuisse sibi voluerint, eas quæ tragicum nonnihil indubie spirant ad tragœdiæ normam hoc consilio perfecisse ut tragicos furtim rideret et in ludibrium traheret. Id solum jam constat, Græcæ origini omnes esse ascribendas. In Lycurgo, cujus aliquanto plus in manibus habemus, Bacchas Euripidis et Æschyli Lycurgiam sibi imitandas proposuit. Eminet tamen ingenium poetæ, et quem in epicis solemus admirari patrius vigor. Vix opus est ut versiculos laudem qui sunt notissimi;

"Vos qui regalis corporis custodias
Agitatis, ite actutum in frundiferos locos,
Ingenio arbusta ubi nata sunt non obsita."

Venit in animum, simul atque illos legerim, de I puerorum honestissimo, et Sileno, non vinoso illo quen dam finxerunt, sed miti sene et callido, qui causas novit atque ipsas res; nympharum video diffugere cl et capripedum agmen Satyrorum. De comœdiis plur stant fragmenta, incerta pleraque; Græcus omnibus figitur titulus. Ariolus, fabula quam dicunt poetan carcere jacentem composuisse, et Philemonem et Antipha et Menandrum avos, ut ita dicam, sibi vindicat. Cola a Menandri Colace imitatum, primum Nævium docu postea vero Plautum et emendatius, auctorem habemus rentium. Nec minus hic quam in tragœdia animi at bilis est deprehendendum; id magnopere admiramur, poet Camenarum studiosissimum Græcis se ita benigne accomı davisse, nempe ut æqualium suorum auribus satisfaceret. una ejus fabula quæ personata vocatur multum ambigit quum alii eam a personatis histrionibus velint esse repı sentatam, alii, quod nonnisi post multos annos hunc inventu esse censeant usum, Atellanos malint propter inopiam histı onum accitos esse, eos personas semper portavisse.

IX. Q. Ennius, Nævio aliquot annis natu minor, Græc litteris multo magis incubuit. Quum enim Nævius casu ut ita dicam, et propter patriæ materiæ inopiam ad hc magistros se contulerit, hic consilio et propter fervidan eorum admirationem Æschylum, Sophoclem, maxime tamen Euripidem est secutus. Itaque ausus ex fonte Euripideo longos haustus ducere, et philosophiam ejus suis enuntiabat, et ad poeticam rationem Latinorum dirigebat animos. Tres docuit fabulas Euripidis verbo expressas, Medeam, Hecubam, Iphigeniam, reliquarum pleræque Euripidem præ se ferunt, aliæ Sophoclem, Æschylum vix una aut duo. In Iphigenia Euripidis fabulam reddidit, ampliorem tamen fecit et Sophoclea nonnulla introduxit. Itaque quum Sophocles militum chorum introduxerit, Euripides mulierum, illum potius noster est secutus. Earum quas Latine vertit fabulas specimen

habemus in Ennii prologo relictum, qui et durus est et Euripidis elegantia prorsus caret, sed nervosum sine dubio spirat aliquid et animosum. Quod ergo Tullius Ennianam Medeam præponebat Euripideæ, minime sumus sententiæ ejus auctores, neque tamen omnino non intelligimus. Illum enim poetam minoribus commendare, qui et mentem Romanorum philosophia informaverat, et poesis novam formam introduxerat, suis eo potissimum tempore accommodatam, denique qui linguam paternam verbis ditaverat, faciliorem reddiderat ad loquendi usum, legibus constituerat, et boni erat civis et grati animi.

Neque in his senibus commemorandis illam obticere debemus laudem quod interdum communia ausi sint deserere et "celebrare domestica facta." In quo genere princeps erat Nævius poeta, ab Ennio nullas accepimus prætextatas, cujus autem heroica carmina patriæ gloriam tantum adauxerunt eundem etiam hic credimus valuisse. Immo, ut Paulli et Bruti laudes, populo Romano, vigente jam republica, in scena enuntiatas, ab oblivione redimerem, non modo omnia quæ tragœdorum superstant frusta, verum etiam Plauti et Terenti perfecta opera, libenter abjicerem. Umbram in manibus habemus, quod verum erat in æternum amisimus.

X. Venio ad Pacuvium atque Accium, nobile par scriptorum, tragicum utrumque. Multo junior Accius, ita tamen ut in vita essent una, etiam, quod memoriæ traditum est, ut Accius Atrea suam fabulam Pacuvio seni recitavisset, et ab eo laudatum et incitatum tragicæ se dedisset arti. Duo saltem uno conjungere judicio antiqui scriptores solebant, in Accio tantum plus virium et bilis notantes, in Pacuvio plus doctrinæ:

> "Anbigitur quoties uter utri sit prior, aufert
> Pacuvius docti famam senis, Accius alti."

Hoc tamen judicium auctoritate magis veterum impositum quam denuo sibi excogitatum, et ex Horatii verbis constat, et a Quinctiliani qui eandem fere profert sententiam:

"Virium tamen Accio plus tribuitur, Pacuvium v doctiorem qui esse docti affectant volunt." At nos doctrinam affectare videamur ultra fines qui Horatio s faciebant et Quintiliano, jam obticemus.

M. Pacuvius, Ennii sororis filius, Brundisii natus A. U 535, nonaginta annos vitæ explevit. Constat in familiari vixisse C. Lælii, qui amicum suum et hospitem appe Nec in poesi tantum laudes sibi reportavit, verum etian pictura. Duodecim reliquit fabulas quarum ad nos titul fragmenta quædam descenderunt, unam etiam prætextat. Quarum Antiopam, Dulorestem, fortasse etiam Peribœ Euripideis exemplis accommodatas videmus, Sophocleis N tra et Teucrum. Antiopam vero, quam verrucosam appella Persius, ex Euripide ad verbum expressam esse testa Cicero. Illud fere sibi officium proposuisse videtur ser quod postea Lucretius, ut veram in honorem duceret phi sophiam, et mentes hominum a fœda religione solver Quare nil mirum videtur si in asperitates interdum incid sermonis, ad propositum magis festinans quam verboru callidæ memor juncturæ. Cujus rei in his versibus specim habemus.

> "Sunt autem alii philosophi, qui contra fortunam negant
> Esse ullam sed temeritate res regi omnes autumant."

Quod ergo in hoc poeta multa invenit castiganda Luc lius, opera ejus e posterorum manibus paullatim exciderun gratiam habeat doctrinæ suæ philosophicæ, versibus, ut sem per, exponi tragicis aut heroicis nolenti.

XI. Lucium Accium multis laudibus cooperuerunt antiqu scriptores. Poetæ munere defunctum esse ut qui "Os puer tenerum balbumque figurat" auctorem habemus Ciceronem qui scripsisse ait gravem et ingeniosum poetam, non ut illos regios pueros, qui jam nusquam essent, sed ut homines qui tum viverent et eorum liberos ad laborem et ad laudem excitarent. Atrea etiam in alio loco fabulam memorans "contentum" appellat poetam "vehementem imminentem

quadam incitatione gravitatis." Animosum etiam et acrem Horatius vocavit et Quintilianus. A quo judicio ille minime est dissensurus qui Græca exemplaria aspiciat quæ sibi Accius proponebat. Æschylo scilicet in plerisque fabulis se accommodavit, in nonnullis Sophocli; Euripidem non prorsus repudiavit, maluit tamen antiquiores duos. Quod gravi fuit, ut opinor, dignum ingenio, et acri, et nobili. Res ipsa in titulis fabularum est legenda, in quibus certe et fabulæ Oresteæ recognoscimus vestigia et Promethei. Tres accepimus ab eo prætextatas, Æneadas seu Decium, Brutum, Cassium. Fragmenta tantum exstant, atque utinam essent ampliora!

XII. Tres habemus rei comicæ principes, Plautum, Cæcilium Statium, Terentium. Qui omnes ad novam Atheniensium comœdiam se applicabant, et Menandri aut Philemonis ita opera adhibebant ut eosdem titulos fabulis præfigerent. Et Cæcilii quidem, quamquam nobis per fragmenta tantum in manus venit, asperior sine dubio erat sermo, et gravitas quædam vix a rusticitate poterat distingui. Reliqui duo opera integra reliquerunt, multa legenda delectatione, multo fructu. Magnum inter utrumque discrimen; quum enim Plautus, quamvis poeticum interdum spirans, id solum sibi proposuisset ut populi asperis hercle studiis atque impolitis satisfaceret, Terentius artem nunquam non præ se ferebat et perpaucorum hominum in hisce rebus magis versatorum cultis consulebat auribus. Unde fit ut Plautus nullum rejecerit exemplar quod Græci offerebant, Terentius Menandrum solum, omnium illorum poetarum elegantissimum, imitatus sit. Deinde, quod supra animadvertimus. Plautus nihilum a se alienum habebat, quod colore opus indueret et vitæ versimilitudine. Itaque multa in eo habemus quæ solis Romanis propria erant, etiam plura quæ solis Græcis. Terentius contra ita sibi temperabat ut eos potissimum repræsentatos reliquerit mores qui in omni natione sunt inveniendi et in omni hujus orbis terrarum sæculo. Immo

quod Alexander armis aggrediebatur, ut communes effic totius gentis humanæ rationes vitæ, id civilibus armis litterariis Terentius iique quibus se ipse addixerat, denuo faciebant, aut factum persequebantur. Quoci Terentium non solum quod nobis risum moveat admi mur, neque quod elegantiorem atque accuratiorem qu alius quicunque linguam patriam ediderit, sed potius q proprium habet, quamvis callidus imitator Græcorum, tota re litteraria locum. In Afranio vix aliquid haberem animadvertendum, nisi fabulas docuisset togatas, Romanu nempe titulum, Romanum colorem præ se ferentes. Quu vero etiam in his multum inesse videatur quod Menand debuerit poeta, non eandem meruit, ut opinor, laudem qua prætextatis Nævius.

XIII. Jam vero, post exstinctum lumen horum poetarun nemo superest quem memoremus, aut in tragœdia eminenter aut in comœdia. Restat ut eorum scriptorum qui, siv poetæ, sive critici, rei litterariæ se Romæ dederint sententia de hujusmodi poesi examinemus. Et tres sunt quos omnibu aliis jure anteponimus, Ciceronem, Horatium, Quintilianum. In Cicerone quidem multas habemus veterum poetarum laudes, multa argumenta cur legerentur sæpius, et retraherentur in honorem. Atqui vereor ut verum sit atque honestum ejus erga rem scenicam studium. Quum enim hoc enuntiet, fabulam Latine, cum quantovis ingenii damno redditam, ipsi, quod poeta Græce edidit, operi esse præferendam, fateor me omnino non credere tali eum fabulæ in scena representatæ unquam interfuisse. Facile erat laudare ut philologis profuturam, etiam ut sententiis repletam atque bonis consiliis, artem ei attribuere Græcis operibus comparatæ puerorum videtur esse. Etiam quum in dialogo quem De Amicitia conscripsit, C. Lælius Pacuvii fabulam memorat de Orestis et Pyladis amore factam, adjicit "stantes plaudere ı re ficta," non hæc opinor verba esse hominis qui scenam ›se soleret intueri, sed illius potius qui, in rebus litterariis

multum versatus, hujusmodi repræsentationem sibi studio simulaverat.

Eadem vero res in Horatio clarius apparet. Ille enim et poetarum erat judex acerrimus et rei poeticæ, et mores hominum et vitam communem ita ad vitam expressit ut prope affirmaverim nullam illius reliquisse partem. Atqui nusquam, ut opinor, aut se ipsum ad theatrum contulisse qui fabulas audiret profitetur, neque quemquam eorum quos describit. Leges vero quas in usum rei scenicæ conscripsit, partim ex Græcorum usu sunt derivatæ, partim adolescentibus accommodabantur, qui ad recitandum fabulas, nunquam ad repræsentandum in scena, composuerunt. Denique neminem inter æquales suos ut in hoc genere scribendi excellentem laudat, excepto Vario; cujus quidem Thyestes, nobilis sine dubio fabula, an unquam in scenam prolata sit maxime videtur incertum. Quod Quintilianus vero, scriptor accuratissimus, tam levem fecit rei scenicæ memorationem, huic causæ videtur referendum, quod omnino interiisset jam Romæ scena, cum omni ejus apparatu. Vix duobus aut tribus verbis unicuique scenicorum satisfecit, eodem fere erga veteres fastidio usus quod in Horatio percepimus. Denique, quod Virgilius sæpe veteres tragœdos secutos est, in qua re comprobanda multum laboravit Macrobius, illud iis quæ modo diximus minime repugnat. Virgilium enim vetustatis fuisse studiosissimum nemini est ignotum; unde fieri poterat ut poesi veterum scenicorum diligenter incumberet, fabulam in scena prolatam nunquam vidisset. Ea vero quæ in versibus ejus deprehendimus tragicum spirantia nonnihil potius quam heroicum, multo facilius Græcorum scenæ sunt referenda, ut quæ per Alexandrinos derivaverit poetas, quam ipsi Latinorum usui.

XIV. Satisfecimus ergo, quantum in re obscura potuimus, historiæ artis scenicæ Romanæ. Excipit jam nos quæstio quam in initio proposuimus, cur tam exiguo Romæ hæc ars coleretur fructu. Vidimus eam introductam in urbem, et ibi

ita excultam ut nemo fere eorum qui in litteris emine manum ab ea abstinuerit. Atqui populo vix dum ma: florebat multum placuit, fragmenta tantum posteris reli tum non modo non venerationem verum ægre venerat umbram sibi inter criticos recentiores vindicavit. Cujus causa aut in populi moribus et ingenio lateat necesse est, in artis ipsius augustiis, aut, quod denique fieri potuit infortunio temporum. Et de ingenio quidem periculosum augurari multa, sæpe enim fortuna rerum ingenium gig aut partum omnino in alteram partem vertit. Sed quant populi Romani indolem intelligimus, nonne opinari debe in hac potissimum imitationis parte, fore excellentes?] enim gravitati quam in moribus Romanorum prope immens cernimus, consentaneum est si quid aliud magni viri spec culum contra infortunia brachia tollentis, id quod tragœ maxime affectat. Contra quantum apud eos res com valere debeat, ab Horatii exemplo deduci potest. Qu vivax hominis in comico sermone gratia! quam leve scintil lumen ingenii! quam vere dramatica fit de itinere suo Brundisium suscepto, aut de muribus una cœnantibus, na ratio! Sin in ipsam historiam indagemus idem videbit evenire. T. Livius quanta gravitate ante oculos ponit regu personas, tribunorum, consulum; quam facetus idem est salsus et ut ita dicam comicus in cærimoniis, colloquiis, fact obiter ridendis. Tacito nemo est magis vere tragicus, siv mores hominum describit, sive fortunæ eventus. Is ver populus qui horum libros intelligere poterat et comprobare a nulla debebat parte abhorrere scenicæ poesis.

XV. Sed enim duæ interveniebant, opinor, causæ, atque ea gravissimæ. Primum enim populus Romanus, rudis natura, rudis etiam magistro Catone, a subtilitate morum quæ in Græca exhibetur scena mirum quantum abhorruerat. Quicquid vero in eruditione profecerunt et ad veterem illam asperitatem exuendam, id per leges derivabatur, per morum severitatem, per exempla rigidissimæ virtutis; non quod in Græcis

factum est, ab ipso ingenio, et mentis nescio qua exercitatione. Placebat illis spectata virtus; neque vicissitudines poterant tolerare in Græca tragœdia exhibitas, in qua sane virtutis causa et mali tam delicata examinantur trutina, ut modo alia victrix videatur, modo alia, juris aliquantum in utraque parte appareat; ut neutri se omnino sine reservatione spectator possit concredere. Et quædam sunt fabulæ, quarum princeps in mentem venit Prometheus Vinctus Æschyli, quas, ut simpliciores et magis a subtilitate, remotas, Romano ingenio consentaneas esse dixerim. Quippe in Prometheo magnus vir, aut potius heros, non ut in Sophoclis Œdipode per varias fortunæ vicissitudines infortunia bonis mutat, bona rursus ex infortuniis elaborat, sed sub injusto numine oppressus, exhibetur, et ærumnas, contemptum, dolorem magnanime sufferens. Eandem rem de prætextatarum toto genere ausus essem augurari, in quibus Paulli aut Decii virtutem ante oculos habet spectator, qui ut patriam defenderint, a magnifica morte non abhorruerint, et exempla tradiderint posteris nemini non nota. Quæ quam moribus Romanis consentaneæ debeant fuisse, usus, opinor, sepulcralis satis arguit. Quam scenica illic omnia, effigies majorum, laureatæ et eadem insignia gerentes quæ in vita, pompa consulum, ædilium, prætorum ad tumulum producta, ita ut ipsi fabulosi manes mortuum sibi recipere viderentur! Immo alia quærenda est causa cur in hujusmodi natione non magis profecerit res dramatica.

XVI. Quam in hoc sumus posituri, quod Romanæ litteræ non universi erant populi, sed penes paucos homines manebant, parvam scilicet doctorum atque elegantiorum virorum societatem, qui et ipsi in his studiis eminebant, et omnino fovenda et dirigenda susceperunt. Et popularis quidem fuit prima origine res scenica, vera nempe res ludicra. Quæ principia ejus litteraria omnino non erant; mimica tantum ratione populus sine fabula, sine diverbio delectabatur. Tum vero,

Ennio ceterisque Græcorum imitatoribus. Itaque per al
annos ambigua quadam ratione florebat scena; dum tı
et eorum fautores ad tragicam poesin spectabant, vulgı
magnificam speciem et pompam scenicam. Diu tamen
diversa una conjungi non poterant, nec in tragœdia n
comœdia. Itaque Plauto et Terentio successerunt Afrani
mimi, tragicos expulerunt ursus et pugiles aut pompa tı
phalis. Tragœdia vero, quantum elegantiores specta
humaniores, in balnea ubi recitationes fiebant migravit,
in Senecæ prædivitis hortos; maximo hercle suo daı
tragœdia enim quæ non ad repræsentandum composita
"umbræ imagini" simillima videtur esse. Comœdia n
fausta erat, quum in Satura includeretur, re vere patri
quæ lepidissimis placuit poetis et maxime ingeniosis, Luc
Horatio, Juvenali, Persio. Sin quis Athenensium sce
cum Romana velit comparare, tres intelligo esse causas
floruerit Athenis, cessaverit Romæ. Primum enim, qu
erat illa ætas in qua tragœdia Athenis aut nata fuerit
certe perfecta. Ut mittam gloriam civitatis in belli arti
partam et pacis, quanta erat tum in vita magnorum homin
societas, Pericles, Phidias, Sophocles reliquique! Dei
inter omnes cives, summos et imos, consensus erat liberrim
invidia omnino solutus — unusquisque sentiebat certan
dramaticum sui ipsius non minus interesse quam quæstion
in ecclesia de bello aut pace factam; omnes eadem in po
poscebant, judicabat quisque pro se, ita tamen ut doctiorı
se hominum niteretur sententia. Denique quantis succes
principiis tragœdia Atheniensis. Ut de Baccho et thym
sileam, epicam poesin in manibus habebant et lyricam, perf
tissimam utramque et uberrimam. Quarum hanc in Choı
recognoscimus, illam in diverbiis.

Romæ quam longe alia se omnia haberent vix indicatu
esse velim. Nihil poeticum in barbaro populo nisi ii versı
quos 'Fauni vatesque canebant;' principes civitatis Græc

litteris oppositi; vulgus quasi illam semper decantantes næniam

"Nempe mallem unum Catonem quam trecentos Socrates."

Atqui sola erat in Græcis posita Romanarum musarum spes!

XVII. Valeat ergo res ludicra Romanorum, valeant poetæ scenici! Neque ut spero in operibus eorum examinandis famam hominum læsimus. Elaboravisse enim pro viribus artem summa est laus, eam ad bonum eventum ducere fortunæ partim est. Itaque ut eos nautas admiramur, qui, quamvis in vanum laborantes, viam novam inter maria et continentes experti, perierunt; ut non magis eos milites qui in oppidum penetraverunt quam eos qui primo aggressu atque in ipso aggere jacent, ita scriptores non minima meruerunt præmia, qui, novum aggressi componendi genus, exempla posteris reliquerunt, et ut illi caverent effecerunt. Atqui bene se res litteraria haberet si nihil ab antiquis accepissemus his deterius et molestius. Immo, quamquam in universum credimus optimos libros longissimo esse vitæ spatio, quot millia paginarum scriptarum prorsus abjicerem, si unam saltem aut duo Ennii fabulas possem redimere! Sed vana sunt hæc desideria, vana omnino hujusmodi spes de iis revocandis quæ sunt præterita. Hoc ergo quasi parvo pulvere injecto honoris causa, hosce poetas relinquere jam festinamus, et

"Sic, O sic positum affati discedere corpus."

